

samparen las Doctrinas, que demas de cien años a esta parte han tenido, y estan a su cargo: y sin embargo de ellos, y por esençar los mayores, que resultan de sugetarse los dichos Religiosos a la obediencia, visita, y reformation del dicho Arzobispo, y demas Obispos de este Reyno, an derogacion de su exencion, y privilegio, renunciaban, y renunciaron las dichas Doctrinas, exonerandose de ellas, y poniendolas en manos de su Magestad, y de su Excelencia en su Real nombre, para que se firmiese de proueer en ellas de Ministros mas conuenientes. Sic ibi. Id quod futius prosecuti in Memoriali, quod Procuratores dictarum Religionum Regiæ Maiestati presentauerunt, de quo idem idem fol. 181. Col. 4. & sequentibus foliorum 182. 183. & 184. ex cuius tenore illud imprimis, quod veluti compendium ceterorum præmissum, iuuat adiecit, ex fol. 182. Col. 3. vbi sic dicitur: que si los Religiosos estan sugetos a los Obispos en las Doctrinas, en visitarlos, castigarlos, y remunerarlos, sera a total destruccion de los Ordenes, y obseruancia de su Regla. Sic illi. Et ante ipsos Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus pro Confessarijs Indorum fol. 390. vbi ita scribit: Illud autem sine formidine dico, quod in casu, quo Fratres subijci Episcopis cogentur, vel remotionem a locis, in quibus habitant: potius Doctrinas, domos, Conuentus, suppellectilem, & patriam etiam deserere & relinquere deberent, quam in huiusmodi discrimine & periculo (ne dicam totalem Religionis destructionem) Ordinem suum aduocare. Sic ille. Ex quibus habetur intentum: propter commoda inquam temporalia non esse Indorum Parochias retinendas, nec posse Prælatos pro illarum retentione contendere, quando res ad eum statum redactæ sunt, vt illarum administratio non iudicetur necessaria. Et obseruantia Regularis damna certissima deprehendunt. Et quidem Mexicani Patres ministerium suum valde necessarium pro spirituali Indorum salute iudicauerunt, vt ex eorum constat Memoriali: & tamen dimittendas Doctrinas ob grauen prædictum censuerunt. Quid ergo censi oporteat, vbi necessaria eorum administratio non apparet, & damna circa obseruantiam grauissima sentiuntur.

Memorial eorumdem pro eodem.

F. Ioan. Baptista.

Afferio 6. Societatem IESV merito doctrinas detestare.

Eiusdem Historia.

7 Dico sexto. Societas Iesu prudentissimè faciet Doctrinas vbi de conuersione Indorum non agitur, detestando: neque admittere illas debet vbi solitariè agendum est, & non tenenda forma vitæ regularis. Sic Patres illi Peruvianæ Prouinciæ, quando circa hoc maior vrgebat Parochorum necessitas, iudicauerunt, vt habetur Tomo 3. Historia generalis Societatis Libro 6. num. 315. Quod equidem vsque ad indignationem Proregis obfirmatum: vnde & patientiæ ipsis non leues occasiones pullularunt: vt videri potest Lib. 6. Historia num. 341. Tomo 4. Ex Libro autem 4. n. 275. & seq. aliquid hoc loco opportunè delibandum: sic ergo ibi: illud difficultates habuit maximas, suscipiendæ necne Paræciæ, in quibus Curionum munia cuncta exercentur. Obijciebantur ex vna parte sepe decantata pericula, ex licentiâ, ex occasibus, in temperantiâ gentis, tum auaritiâ nota in exigendo Camerico (sic vocant collatam ab indigenis ad victum stipem) & stipendia a patronis, aut Fisci Regij Præfæctis: vnde & lites quotide oriuntur, & grauis offensio pûpulis, existimantibus Euangelium sibi venale proponi. Super hæc assidue cum potestatibus secularibus Religiosam administrationem perturbantibus: nec quos Pra-

positis Regularium videretur in Paræcijs collocari, vel abduci sumentibus. Nec minus cum Episcopis decertandum &c. Ex altera parte extrema memorabatur gentis necessitas. Societatis Institutum propriè ad propagationem Euangelij factum. Quid huc, auebant, venimus? Quid Societas in hisce regnis spectat nisi Euangelij propugnationem? Stationes libera, cura, excursions per interualla satis non sunt. Nam neque ea gentis huius ingenia sunt, quæ sine aliquo imperio ad officium pelli, ac nisi assidue mites, diu officium ipse conseruent. Pueris asimiles sunt, magistri presentia, paterneque animaduersione egentes. Hæc cum dicerentur, & Proregis flagitatio magnificè explicaretur, visum est id etiam genus attendendum Euangelicæ cultura: sed hæcenus, vt testentur Proregij, & quibus oporteret, experimenti causa id erat suscipiendum. Interim incommodè leuari posse, si probatissimi quique in eam curam deligerentur, & Præsides apud se haberent prudentem ac vigilem: idemque omnes vnâ aliquâ domo religiosè viuerent. Nam cupiditatis & auaritiæ nomen facile sublatum iri &c.

Quid re ipsa factum.

8 Cùm ergo genus prædictum Euangelicæ culturae attentatum esset, in vno Iulienis oppido experimentum substitit, de quo n. 280. & illud quidem bene vertit, sed non vterius progressum, nisi in vnâ Sancti Iacobi Paræciâ Ciuitati Regum adiacenti: licet Reges nostri suam circa hoc semel atque iterum declarant voluntatem: vt videri potest apud Dom. Solorzanum Lib. 3. Cap. 16. num. 70. & in Politica pag. 643. s. Del mesmo, & seq. Cùm etiam non multis abhinc annis, doctrina, quæ de Chaum dicitur, occasionis ingressus inde percommodi ad Gentiles suscepisset, rebus iuxta votum non succedentibus, eò quòd pauci Gentiles fuissent inuenti, eam dimisit, reclamantibus Indis, & querimonias suas ad Regium vsque Consilium iaculantibus, de cuius imperio Peruvianus Prorex apud P. Prouincialem expostulauit, reditumque expetit: quod tamen non potuit impetrare. Scio tamen ferudè causam istam de tradendis Societati Doctrinis apud Regium Consilium agitari, sic Regij Ministris instantibus, salutis Indorum zelo constanti permotis; & quem instantiæ istæ sint habituræ exitum, nequeo coniectare. Parendum fanè Regum nostrorum imperiis, qui tamen nihil quod lædere Institutum Societatis possit, aut honestum illum agendi modum ab ipsis commendatum, valeat vllâ ratione deterere, subire eandem patientiam. como quiera que os encargo procureis siempre mostrar os mygerato con las Prelados de esta Orden, y darles el confidente y facil despacho, que se require por el buen exemplo, que consu honestidad, y vida exemplar conseruan, con tanta edificacion de las Almas. Verba sunt Philippi Tertij Regis nostri ad Principem Squilacensem Peruvianum Proregem in Epistola Ann. 1620. die 28. Marij, apud Dom. Solorzanum cit. loco Politica. vbi de Doctrinis tradendis agitur. Et quidem honestatis laus in Indis adeò debet eximia reputari, qualem magnus ille vir P. Iosephus de Acofta, suâ illâ notabili sententiâ reputabat, de qua P. Sacchinus Tomo 4. historia Societatis Lib. 7. num. 352. verbis illis: Frequenter vsurpans, in Peruvia non alia experenda miracula in virtutis testimonium, quam conseruatam integre castitatem. Sic ille.

Illius eximia commendatio, verbis Philippi 3.

In Indiis quanta castitatis laus.

P. Sacchinus.

CAPVT II.

An Religiosi Indorum Parochi ex iustitiâ, & non solum ex charitate Parochiale debeant officium exercere.

Ex charitate tantum administrare que probent.

9 Negant aliqui, ex quibus Emmanuel Rodericus Tomo 1. qq. regul. quest. 35. art. 5. sibi penitus concinnente Fr. Ludouicus Miranda in Manuali, Tomo 1. quest. 43. artic. 5. Tertio pro. Et id probant, quia Religiosi semper hoc onus sub prædictâ obligatione suscipere detestantur: neque est vnde possit obligatio talis suboriri. Quòd enim Pius V. An. Dom. 1567. die 23. Martij, expedit Bullâ eos ad Parochialem curam habiles reddiderit, ad id concessâ facultate, non probat intentum; quia in eadem Bullâ addit, Vt hæcenus consueuerunt: ex quo potius oppositum comprobatur. Addit tamen teneri Religiosos ex iustitiâ facere, si non omne ad quod Curati tenentur, quia verè Curati non sunt; id tamen totum, quod fecissent ibi Clerici Curati, vel alij Religiosi, impedit ne ministrent, quia illi eos, quominus id faciant, impediunt, se huic muneris destinantes, & coram Rege agentes, ne sibi ministerium huiusmodi tolleretur. Quia ratio naturalis dicit, vt vnusquisque soluat damnnum, quod suâ causâ fuit illatum. Cùm charitatis autem obligatione, ex quâ aliquid inchoatum est, posse obligationem subsequentem iustitiâ coniungi, constat in eo, qui ex charitate confessionem audire alterius incipit, quam teneret ex iustitiâ perficere, propter iniuriam, quam Penitenti faceret, qui propter obrinendam absolutionem peccata reseruit: vt cum communi sententia docet D. Sotus in 4. dist. 28. q. 41. Hæc Fr. Emmanuel, in quibus secutus Mag. Veracruz, & Mag. Noronam, qui ita censuerunt, & exposuerunt, vt videri potest apud Fr. Ioannem Baptistam Fol. 256. n. 11. Pro eodem stat Fr. Antonius Remesal in Historia Guatemalensi Lib. 10. Cap. 22. P. Pellizarius Tractar. 3. Cap. 4. numer. 90. & alij item, nihil nouis declarationibus Regij Consilij permoti, de quibus statim.

Afferio 1. in nouis conuersionibus solum ex charitate administrari.

10 Dico primò. Parochi Indorum, vbi recens eorum conuersio est, neque Regius patronatus exercetur, sed iuxta Apostolica priuilegia proceditur, non administrant ex iustitiâ, sed solum ex charitate. Id probo. Quia ad asserendâ iustitiæ obligationem nullum est fundamentum; & vt ex Fr. Emmanuele diximus & est fanè verissimum, Religiosi semper onus huiusmodi recusarunt. Neque in illis ea currit ratio, quæ ab eodem adducta est, ex obligatione scilicet supplendi damna: quia reuera talia damna non sunt, cum sit nemo, qui de tali agat conuersione, neque apud Reges nostros præntensionem vrgeat: & vt talis aliquis sit, quòd ipsis id, quod præntendunt, non concedatur, ex negotiatione Parochorum dictorum non prouenit, sed quia Reges nostri conuenientissimum iudicant curam talem ipsis non præbere, efficaciorum ad Parochialia munera illorum charitatem, quàm horum iusti-

tiam reputantes. Hoc enim posse contingere etiam respectu Episcoporum circa ouium iuarum curam, bene ostendit Fr. Ioannes Focher apud Fr. Ioannem Baptistam Fol. 393. & seqq. siue autem ab eisdem conuersi sint, siue ab alijs dummodò Parochum non habeant, possunt circa illos Parochialia omnia exercere, & etiam Matrimonio iungi, licet alibi habeant domicilium. Pro quo P. Thomas Sancius in 1. q. 1. 3. adducendus Concluf. 4. & alij apud ipsum.

11 Dico secundo. Si admittatur Religiosos ex charitate administrare, dici verosimiliter potest, quamuis oppositum verosimilius sit, non oriri obligationem iustitiæ, ex eo quod se pro retinenda possessione tueantur, & sic alios ex iustitiâ administraturos impediunt. Quòd ex eo probari potest: nam impeditio talis non est per iniusticiam, vt suppono, sed iustis adductis rationibus, vt non remoueantur: atqui velle possessionem antiquam continuare, non est nouum velle obligationis onus subire, quod & ipsi sic agentes asserunt: ergo superior titulus ex charitate fuit, ille ipse vim habet, & non alius. Nec dicas Reges conseruationem Parochorum non aliter velle, quàm si illi onus titulo iustitiæ suscipiant. Nam licet id verum sit si de ingressu loquamur, non tamen de conseruatione, quando onus est ex solâ charitate susceptum; quod contingere poterit, vel quia Regia edicta alicubi vsu recepta non sunt, vt in aliquibus Fratrum Minorum Prouincijs, pro quo Fr. Ioannes Baptista Fol. 212. s. octaua veritas. Vel si Religiosi præntendant, id quæ habeat fundamentum, non obstante Regiâ dispositione obligationem tantum charitatis pro ingressu eosdem vrgeri, de quo statim.

Afferio 2. non oriri obligationem iustitiæ ob impeditos alios, esse verosimile.

12 Dico tertio. Verosimilius est Religiosos, qui ex præntentatione Regij patronatus curam Parochiarum suscipiunt, ex iustitiâ ad plenam administrationem teneri, nisi ipsi contrarium protestentur, & non obstante protestatione Parochiæ conferantur. Sic Fr. Ioannes Baptista Fol. 177. pag. 2. num. 12. & Fol. 318. pag. 1. s. Vt autem, & seqq. Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 3. Cap. 16. num. 24. vbi adducit Ioannem Focher, & Emmanuelem Rodericum, cuius tamen sententiam iam vidimus. Et in Politica pag. 632. Quod & contestati sunt Prouinciales trium Religionum Nouæ-Hispaniæ in Epistola, quam ad præclaræ mem. Philippum II. scripserunt, & à Fr. Ioanne Baptista ad verbum referunt Fol. 178. & seqq. Idem supponit Magister Grijalua in Historia D. Augustini Prouinciæ Nouæ-Hispaniæ, &c. B. tate 3. Cap. 35. vbi de Societate IESV loquens, & eius in Philippinas ingressu Ann. 1580. ita scribit: Porque segun su sano Estaruto, sin encargar se de esta, & de aquella Doctrina con titulo de Curas, administrando los de iusticia, la Charidad los lleba por tanto zelo y cuydado predicar la fe, y administrar los Santos Sacramentos, como si fueran propios Curas, y como si lo debieran hacer de susbista. Demanera que si n tener propio ganado, obrando con todos los Pastores, tienen en todos los merecimientos no pequeña parte. Sic ille. Et est communis ac receptissima persuasio; vt non dubitet Dom. Solorzanus affirmare, post formulam præntentationis, quam Dom. Franciscus à

Afferio 3. teneri ex iustitiâ a Rege præntentatos, aut locum eius tenentibus.

Præclarum elogium Societatis IESV.



Toleto Peruvianus Prorex in regionibus istis constituit Regio Patronatui conformem, pro comperto apud omnes habitum Religiosos ex iustitia administrare.

Fundamē- tum Assertionis ex rescriptis varijs.

13 Fundamentum Assertionis præcipuum ex Regiâ dispositione desumitur, varijs in rescriptis, sed præcipuè in illo. Ann. 1587. die 16. Decembris, in quo sic dicitur. Porque lo que tanto importa como es la Cura de las Almas, y mas las de estos ram nuevos en la Fe, no conviene quede a voluntad de los Religiosos: los que esubieren en las dichas Doctrinas, Curados, y Beneficiados, han de entender en el oficio de Curas, non ex voto charitatis, como ellos dicen, sino de Justicia, y obligacion, administrando los Sacramentos no solamente a los Indios, sino tambien a los Españoles, que se hallaren vivir entre ellos. A los Indios por los Indultos Apostolicos Sobredichos, y a los Españoles por Comision nuestra, para lo qual se la aueris dedar, &c. Exat Tomo 1. Indicarum schedularum, pag. 97. & cam ex citatis adducunt Dom. Solorzanus, & Fr. Ioannes Baptista, qui etiam Regiam Epistolam profert tenore integro, scriptam PP. Prouinciali & Distinctioribus Prouinciæ S. Euangelij Ordinis D. Francisci in Nouâ-Hispaniâ, in quâ obligatio prædicta eisdem intimatur. Et similes alia Prouincialibus aliorum Ordinum destinata sunt, vt declarat Titulus prædictæ Epistolæ fol. 380. pag. 2. Non ex voto charitatis, (como allà lo placias) sino de Justicia y obligacion. Verba illius sunt. Quod autem Reges nostri ita disponere potuerint, non debet in dubium reuocari, quia Patronatum habent amplissimum in Indijs, & peculiarem facultatem ad huiusmodi prouisiones. Possunt ergo sub eâ conditione tantum præsentare, vt qui præsentantur, obligationem subeant, quam Curati generaliter habent. Et huius ratio optima in prædicto rescripto redditur, quod scilicet res momenti tanti, qualis est Cura animarum, non est Religiosorum libito relinquenda. Et Indis non solum, si indignæ sunt, sed etiam si tantum ibi habitent, posse Sacramenta administrari, & eos Matrimonio iungi, ex Bullâ Pij V. probat D. Thomas Sancius Lib. 3. de Matrimonio, Disput. 26. num. 2. qui & num. 3. de vagis idem statuit, parum conformiter ijs, quæ habet num. 7. vbi Episcopi necessariam ait esse licentiam, ob rationes quasdam parum vrgentes stante priuilegio.

Pij V. verbis occurritur, circa modum consuetudinæ administrandi ex charitate.

Quomodo a Rege talis possessio obligatio imponi.

14 Neque obstat quod ex Bullâ Pij V. adducitur, scilicet Parochiale officium Religiosis concedi, sicut antea consueuerunt: quod autem ex charitate tantum administrare consueuerint, videtur manifestum; sic enim in citatis Regijs rescriptis habetur: vt num. præced. vidimus: Non ex voto charitatis, como allà dicen. Como allà lo placias. Pro quo latius discurret Ioannes Focher in Opusculo de veris Indiarum Occidentalium Ministris, & ex eo Fr. Ioannes Baptista fol. 390. pag. 2. & seqq. Videtur autem difficile quomodo obligatio iustitiæ imponi à Rege possit, quia obligatio talis quid spirituale est, & ad rem maximè sacram spectans, Sacramentorum inquam administracionem, & alia Parochialis officij ad forum animæ pertinentia ministeria. Sed vt dixi, prædicta non obstat, quia Bulla Pij V. ad instantiam Philippi II. Regis nostri impetrata est, & cum ipse obligationem iustitiæ futuram exprimat, credendum omnino est, iuxta cum sensum à Pontifice talem

obtentam facultatem. Quod ergo Pontifex ait sicut antea consueuerant, non ad modum administrationis spectat, de quo Pontifici nihil enarratum est, sed ad substantiam administrationis, & quantum ad independentiam ab Ordinarijs ibidem coequebant. Præterquam quod ex concessione Alexandri VI. de quâ Titulo 1. Cap. 3. Reges nostri possunt, & debent Ministros pro conuersione Indorum, & ijs, quæ ad ipsam conductum disponere: & accedente ampliori Indulto Iuris patronatus, sicut facultas est illis quoad præsentationem, ita & quoad illius modum. Quod si prædicta non fuissent, non est credendum in re tanti momenti sine consultatione Sedis Apostolicæ id factum, de quo agimus, quandoquidem & Rex ipse ob prædictam causam, quod scilicet res summi momenti sit cura animarum, & ita modo debito debeat administrari, ac propterea non ex charitate tantum, sed ex iustitiâ, id se iniungendum fuerit arbitrari. In id enim, quod vitare contendeat, profusus impigisset, indebito modo se gerens in obligatione imponendâ, quod eius facultatem excedebat.

15 Dico quartò. Ex prædictâ obligatione iustitiæ hæc habentur. Primo, Religiosum Parochum ad residentiam teneri, nec posse pro libito abesse, sed iuxta id, quod Parochis generaliter permittitur. Secundo, neque Prælatos posse absentiam indulgere, aut etiam Parochos rebus in alijs occupare. Tertio, teneri ad omnia, ad quæ veri Parochi, etiam cum vitæ periculo, vbi charitas non vigeret. Quarto, quoad sufficientiam in doctrinâ, & linguæ peritiâ, eamdem cum alijs obligationem habere. Pro quo Fr. Ioannes Baptista fol. 384. ita scribit: Hæc & alia multa tenentur Parochi suis præstare omnibus, vt debet suum officium exequantur, vt patet per multas Sessiones Concilij Tridentini. Sed ad hæc quis tam idoneus? Non illi profecto, qui sine vlla, vel saltem mediocri, dininarum literarum cognitione, & linguarum peritiâ, nullum non mouent lapidem, vt huius numeri, & porius oneri & operi præstentur. Quos quanta maneat vltio & vindicta sacre literæ aperte testantur, &c. Quinto, tenentur ad damna omnia refarcienda, quæ ex eorum incuriâ prouenerint. Sic citati numer. 9. & adductus nuper Auctor post adducta ex eodem, acriter pro Assertionem depugnans. Sexto, magis obligati sunt Parochiali Ecclesiæ, quam suæ Religioni, in ordine ad subsidia conferenda: vnde & necessitatibus illius, & pauperum Paræcianorum debet prius subuenire. Pro quo Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 16. num. 86. & in Politicâ Capit. 16. §. Antepenultimo. Et ante illum P. Suarez Tomo 4. de Religione, Tractat. 3. Cap. 19. num. 20. Tandem, stante præcepto Prælati, & necessitate ad officium pertinente, huic occurrendum est, illo cum reuerentiâ prætermisso, etiam cum Censuræ impositione procedat. Horum omnium rationes sunt manifestæ, pro quibus & faciunt, quæ sequenti Capite differemus.

Assertio 4. obligacionem iustitiæ quæ sequantur.

Fr. Ioan. Baptista.

Beneficium quid sit & inde ratio dubitandi 1. quia fructus non percipiuntur.

2. Ex defectu perpetuitatis.

Dom. Solorzanus.

3. Quia tantum videtur dari in Commendam.

Fundamē- tum aliud.

CAPVT III.

An Religiosi Indorum Parochi Beneficium propriè Ecclesiasticum habeant, & teneantur illud acceptare per Canonicam institutionem, Ordinario conferente, & non tantum in Commendam.

Ratio dubitandi est, quia Beneficium propriè dictum est ius percipiendi fructus ex bonis Deo datis Clerico competens propter diuinum officium, vt communiter illud definiunt Doctores, & videri apud summissas potest, & præsertim apud eorum Principem Syluestrum verbo dicto 2. 1. Atqui Parochi Indorum tale ius non habent, quia Indi aut decimas non soluunt, vt in Nouâ-Hispaniâ, pro quo Mag. Grijalua in Historiâ D. Augustini illarum Prouinciarum, Ecclæ 4. Cap. 11. fol. 188. Col. 4. Vel si soluunt, ad eorum Parochos non pertingunt, pro quorum sustentatione portio tributi deducitur, quæ primus effectus dicitur. Talis autem portio non computatur inter bona Deo dicata, vnde & prohibentur Ordinarij Censuris vt, vt ad illam soluendam Regios ministros compellant. Vnde & resolutio Titul. 16. num. 49. circa recitationem officij. Secundo, quia Parochiale officium non datur illis in titulum perpetuum, & ita non habent Parochi illius proprietatem. Pro quo faciunt, quæ habet Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 16. numer. 26. & in Politicâ pag. 639. §. Per totas. Vbi ex Regijs schedulis ostendit Doctrinas esse amobiles ad nutum Regiæ Maiestatis. Qui etiam num. 23. cit. Cap. de formâ agens, iuxta quam in Peruuiu conferuntur, ait præsentationem Regiam Ordinario exhiberi, ab eoque præsentatum examinari, & habilem repertum administrandi licentiam accipere, circa vllam tamen aliam collationem, vel institutionem. Perpetuitatem autem esse de ratione Beneficij communiter docent Doctores, ex quibus aliquos adducit P. Palau Tomo 2. Tractat. 13. Disputat. 1. Puncto 1. num. 6. Pro quo & P. Suarez Tomo 4. de Religione, Tractat. 3. Lib. 3. Cap. 19. numer. 23. Tertio, quia cessante proprietate & perpetuitate, Beneficium tantum videtur dari in Commendam, quia non datur in titulum: illi autem qui sic Beneficium Curatum accipiunt, non sunt propriè Prælati, sed Procuratores, licet habeant legitimam administrationem, iurisdictionem, & auctoritatem, iuxta communem praxim, quamuis sint qui fecus sentiant quoad plenam iurisdictionem. Pro quo videri potest P. Thomas Sancius Lib. 2. Confessorum, Cap. 2. Dub. 48. Ex quo videtur sequi, Religiosos non teneri ad collationem Canonicam requirendam, quia illa tantum requiritur pro Beneficij quæ dantur in titulum, qualia non sunt, quæ ipsis tribuuntur, sed præcariorum conceduntur, vt loquitur Dom. Solorzanus num. 11. vnde & P. Pellizarius Tract. 8. Cap. 4. num. 9. ait illos non esse propriè Parochos.

17 Et ita contendunt Religiosi nonnulli, licet aliud videatur esse eorum fundamentum, priuilegia scilicet circa hoc à Sede Apostolicâ Theſauri Indici Tom. II.

concessa, scilicet à Pio V. de quò num. 9. ab Adriano VI. in celebri Bullâ, quæ vocatur Omnimoda: quam non esse abrogatam ex eo probari potest, quod nullibi talis abrogatio reperitur. Quod si alij Pontifices concessiones alias cum limitatione protulerunt, id non obstat ampliori præcedenti concessioni, vt diximus Titulo 12. num. 15. 388. & 389. Quod est etiam iuxta Bullas Leonis X. Clementis VII. & Pauli III. de quibus Fr. Ioannes Baptista fol. 172. & seqq. Præterea, in Regijs schedulis, quibus modus obseruandus in prouisionibus præterbitur Doctrinarum, circa Religiosos nihil speciale traditur quoad Canonicam collationem per Ordinarios faciendam. Et licet Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 17. num. 1. & in Politicâ Lib. 4. Cap. 17. in principio dicat ex eo quod circa alios traditur, colligi quid sit circa Religiosos dicendum, & ita à Rege præsentandum ex tribus sibi oblati à Prælato, quem maluerit ab Ordinario instituendum: id certè non videtur vrgere, quia à disparatis non fit illatio, vt est Iuris axiomata certissimum: neque enim est eadem Religiosorum causa & secularium Clericorum, cum illi habeant diuersum Prælatum, & pro eisdem extent singularia priuilegia. Præterquam quod in Schedulis Ann. 1620. 1628. & 1634. apud Dom. Solorzanum num. 7. & 9. in quibus forma circa prouisionem Religiosorum habetur, cum tres à Prælati & Capitulis nominandos statuatur, ex quibus vnus sit ab eo, qui Regio nomine Patronatum exercet, eligendus, ibi sinitur: Eligenda uno qual le pareciere: nec de Canonicâ institutione quidquam additur ab Ordinario faciendâ. Et quidem hic locum habet quod dictum sæpius iuxta Iuris pronuntiatâ: Quod si voluisset, expressisset. Cap. Ad audientiam, de decimis. Cardinal. Mantica decis. 54.

Item ex modo præsentationis.

18 Dico primò. Parochialis cura in Religiosis est verum & proprium Beneficium. Probatur Primò ex Regijs Schedulis, in quibus ita asseritur. Philippus enim II. sic loquitur in Schedulâ Ann. 1583. die 6. Decembris. Ten el entretanto que no obiere los que conuiniere para todas las dichas Doctrinas, y Beneficios, repartireis los que daron igualmente entre los Ordenes que ay en estas Prouincias. Et in Schedulâ Ann. 1587. die 16. Decembris, sic idem. Los que esubieron en las dichas Doctrinas Curados y Beneficiados. Hoc idem probant quæ adducit Dom. Solorzanus Cap. 16. num. 1. & seqq. Pro quo & stat P. Thomas Sancius Lib. 3. de Matrim. Disputat. 26. num. 7. vbi ait reuera esse Parochos. Secundo, quia si aliquid obstat, id esset quod adductum nuper: atqui illud non obstat constat: nam quod de bonis Ecclesiasticis dicitur, non est ad decimas fructuarias reducendum, quia & decimæ personales esse possunt, quæ in Indijs ad portionem illam assignatam reuocantur, respectu cuius est in Parochis verum spirituale ius ratione fundamenti, quod est spirituale ministerium. Quia verò portio dicta non videtur vt decimalis tractari, iuxta dicta, sed vt stipendium doctrinæ dici potest ad decimas ius habere, sed ius illud esse impeditum, & pro illis dictam portionem substitui, dum res componuntur. Præterea, est in illis ad bona Ecclesiæ, ad ea scilicet, quæ Ecclesiæ legantur & offeruntur, & ita de oblationibus partici-

Assertio 4. absolutè affirmas habere proprium Beneficium.

1. Probatio ex Regijs Schedulis.

2. Ex oblationis solutione.